

**SOLEGV M, QVA**  
**RVM INCERTA SVNT**  
**nomina, recensio.**

**L** Ex semunciarij foenoris. Tulit.  
 T. Manlio Torquato, C. Plautio C O S S. Anno  
 CDVI. Liuius lib. 7.

Leges de ambitu. Ne quis candidatus nomen-  
 clatore in magistratus petitione uteretur. Plut. in Cat.  
 Vtic: Vt qui competitorẽ suum ambitus damnasset, pro  
 eo substitueretur. Cicero pro Sylla. Vt qui quempiã am-  
 bitus damnasset, eius tribum assequeretur. Cicero pro  
 Balbo. Vt qui de ambitu damnatus aliũ eodem crimine  
 damnasset, in integrum restitueretur. Cic. pro Cluentio.  
 Vt accusatori custos apponeretur, qui uideret, quæcũq;  
 ad accusationẽ pararet atq; ageret. Plutar. in Cat. Vtic.

Lex de militia. Vt qui ciuẽ ab hoste seruasset, is ab  
 Imperatore quercea corona donaretur. Plut. in Coriol.

Lex de carminibus infamibus. Donatus in  
 Terentiũ, Sed quum poetæ abuti licentius stylo, & pas-  
 sim ledere ex libidine cœpissent plures bonos: ne quis-  
 quam in alterum carmen infame proponeret, lege lata,  
 siluere. Lex est accepta, chorusq; Turpiter obticuit,  
 sublato iure nocendi. Hæc Donatus, ex Horatij lib. De  
 arte. Idem etiam in lib. Epist. 2. ad Augustũ legem ean-  
 dem